p ) *Antequam* X. ſtationibus ad montem Horeb terribilem venerunt.

q ) Deus *ſagatus* eos liberavit

r ) a *perſequente* eos *Pharaone*, illo aquis cum ſuis immerſo, Iſräelitis vero ſalvis per aquas tranſeuntibus. De quo facto duo quæruntur

s ) An hoc abſque miraculo per leges naturæ ſit factum?

ss ) An recta via per medias aquas ab una litore ad alterum tranſierint? Utrumque negamus. §. 9.

rr ) Mox ab *Amalekitis* injuſte bellum ipſis inſerentibus pari benignitate liberavit, in cujus rei gratam memoriam altare cum inſcriptione, *Jehova vexillum meum*, extruxerunt. §. 10.

qq ) Sic & *Togatus* per Moſen ipſis in domeſticis & publicis proſpexit.

r ) Ad *domeſtica* referimus

s ) *Victum*, cujus curam geſſit

t ) tam ratione *cibi*,

u ) Miſſa de cœlo omnibus diebus, excepto ſabbatho, Manna,

uu ) additisque mox avibus extraordinariis, loco carnis:

Franckesche Stiftungen zu Halle

A.M.C. k,l,m,n,o,p,qq,r,s,tt) quam ratione *potus*, A. P. J.

u) *aquis amaris* in dulces verſis,
uu) & *alias* è rupe percuſſo alibi proſilire faciens.
ss) Pari modo *de amictu* ipſis a Deo conſultum eſt, ita ut per XL. Aos veſtimentis nequaquam caruerint.
rr) Ad *publica* referimus
s) Conſtitutionem *judicum* LXX.
ss) & *Sabbathi* in ſignum fœderis. hinc Iſräelitæ apud ſeculares *Sabbatharii* audiunt.

3511. pp) Sic ergo ad *montem* celeberrimum ob fœdus ibi & triplices leges a Deo per Moyſen latas *Horeb* perventum eſt. 3219.

q) Hic, cum veri Dei ſacris intenti eſſe debuiſſent, abſente Moſe, Ægyptiacis Vitulorum ab Aarone conflatorum vacarunt: mox etiam ſuperſtitionis pœnas dederunt interemtis III. millibus gladio Moyſis & Levitharum.
qq) Abhinc quoque nulla re magis quam murmurationibus clari exſtitere:
r) *Priusquam* enim hæreditatem terræ ſ: adire cœperunt ſexties murmurarunt.
s) Aliquando *Plebs*,
t) Primo *infima* igneque punita,
tt) Mox *omnis Iſrael* ob cibum Ægyptiacum conqueſtus eſt, quo minus avide ſumto magna pars periit.

1379

A.M.C. n, oo, pp, qq, r, ss) Aliquando ſupra vulgus ſapiente, motus ciere. His A. P. J.

r ) præivit *Mirjam*, Aäronis φιλονεικίᾳ flagrans ſoror, lepra propterea punita. §. 17.

rr ) Mox *hanc ſecuti ſunt principes* populi.

u ) Cum enim exploratores terræ *fertilitatem* quidem uva
3510. probarent, ſed etiam *firmitatem* creparent, *potiores* de reditu in Ægyptum cogitarunt. §. 18. 3218.

*V. Cl: Markii ſyllog: Diſs. Phil. Theol. D: 13. ad Num: c: XVI. ſ. 4.*

uu ) Peſſima vero omnium fuit *Korachi, Dathanis & Abirami* contra Moyſen & Aäronem conſpiratio, quos propterea terra abſumſit. §. 19.
2548.

rr ) Elapſis ſic XXXIX. Annis, poſt mortem Aäronis per fines terræ Edomi ad terminos Paleſtinæ pervenerunt. 3256.

s ) Primo ergo Regem Cananææ terræ vicerunt, ſed mox Iſraëlitæ animum in via deſpondentes ſerpentibus urentibus vexati, ſed aſpectu ænëi ſerpentis a Moſe, non more Ægyptiorum, ſed ſingulari Dei conſilio

s ) *Boſchart. in Hieroz: P: 2. L. 3. c: 13. Th: Bartholinus de morbis Biblicis in Faſc: V. Crenii p: 443. De more Ægyptiorum vide Marham. in Canone Chron. ſec. IX.*

AMC | mn, oo, pp, qq, rr s ) lio facti non ſine Myſterio ſanati ſunt. Ex hac hiſtoria, juncta cum hiſtoria lapſus cultus ſerpentum apud multas gentes originem traxit. §. 20 | A. P. J.

ss ) Deinde rem habuere cum Sichone Emoreorum Rege, Ocho Baſanitarum & Moabitis, qui licet in prælio inferiores, fraude tamen ſexus ſequioris, cùm quibus ſtupra commiſere ſuperiores fuiſſent, niſi juſta zelotypia piisque Pinehæ & Iſräelitarum armis puniti & periculo erepti fuiſſent. Horum ergo terram Rubenitæ & Gaditæ cum dimidia parte tribus Manaſſis & filiæ Zelaphi hæreditarunt. §. 21

nn ) Sic omnibus bene conſtitutis, legibus latis, adhortationibus & comminationibus additis, tandem Monte Nebo conſcenſo & terra Canaan contemplata *Moyſes obiit.* Ao *Exitus* XLI. §. 22

2549. mm ) Succeſſorem habuit *Joſuam* filium Nun, è tribu Ephraïm, qui *dux* Iſräelitarum exſtitit longe clariſſimus. 3257.

n ) Nam *in itinere* ſagatus

o ) *divino* & *ſingulari miraculo*

p ) *Jordanem* tranſiit,

pp ) & *Urbem Jericho* clangore tubarum oppugnavit & occupavit. §. 23

Ar-

s) *Quem refutarunt H. Witſius Ægypt: L:2.c:8. J. Mark in Exer. ſcrips: V.T. Ex:* VIII. *Patrum ſententias habet N. Alexand: H. E. V. T. Æ.* IV. *Diſs.* VI. *Judæorum*

1281



A.M.C. mm,n,oo ) *Armis* vero auxiliante nihilominus Deo A.P.J.
contra Cananæos *pugnavit*,
p ) quorum *potentiſſimi* erant
q ) Reges *Hagenſis & Bethelenſis*. Hos
ſtratagemate ſuperavit & è ligno ſuſ-
pendit; §. 24.
qq ) Simili *fortuna contra V. reliquos re-
ges Cananaorum*, qui urbem Iſraëli-
tarum fœderatam Gabaonitarum ob-
ſederant, militavit.
r ) *Grandine pluente* in ſolos Ca-
nanæos,
rr ) *ſoleque ſtante* juſſu Joſuæ. §. 25
pp ) His vero *potentia inferiores fuere Rex
Jabinus Chazoris & filii Enakim*, quos
Joſua pari alacritate ſuperavit ac alios;
& ſic ſagam §. 26
nn ) *Cum Toga mutavit. Pacis poſt negotia in
terra Canaan* per pauca fuere.
o ) Primum & præcipuum fuit *diviſio terræ* 3263.
2555. Ao ætat. 85. quando ſimul Aſyla ſunt in
ſtituta:
oo ) Huic proximum fuit *conſtitutio Anni
& Epochæ ſabbathicæ*, ut ſeptimo quoque 3269.
2561. Anno & Jubilæo populus & terra quieſ
ceret. Ipſe vero Joſua quievit ab omni-
bus operibus, quando Ao ætat. cx. pla-
cide obiit. §. 27
Quam

s) *Buxtorf: Exer:* VI. *ad Hiſt: V. T. C.*
oo) *V. Æg. Strauchium brev: Chron: P: ſpec: L: 2. c: 4. p:
226. H: Conrig: Faſc:* II. *Crenii p:* 301. *u. & præci-
pue Rev. H. van Alphen in Comment. erudiſſimo.*

A.M.C. k, ll ) Quamdiu vero poſt obitum Joſuæ ad Reges usque *in terra Canaan habitarunt* principes eorum penes, quos ſecundaria poteſtas erat, *Judices* dicti ſunt. Horum in numero nemo magis quam Debora notanda venit. A. P. J.

m ) *Ante illam* Isräelitæ tam inteſtinis quam externis bellis afflicti ſunt.

n ) Tempore enim αναρχιας bellum Benjaminiticum ſ? civilegeſtum eſſe videtur.

nn ) Deinde vicinorum gentium jugo quoque oppreſſi ſunt;

o ) primo *a Meſopotamis* 8 annorum ſervitute male habiti ſunt, hinc Othnielem judicem crëarunt, qui

2595. p ) non ſolum *Cuſchan Riſchathaim* vicit, 3303.

pp ) ſed etiam legibus & juſtitia res eorum reſtituit.

oo ) Rurſum vero longæ pacis malo corrupti, Idolis litaverunt, & propterea *Egloni Moabitarum* Regi ſervierunt. Mox vero liberati ſunt

p ) partim *ab Ehud* qui & Regem

2675. Moabitarum interfecit, & Moabitas graviſſima clade affecit: 3383.

pp ) partim *per Samgarum*, qui Moabitarum ſocios Philiſtæos ſtimulo bovis ad DC. ſuſtulit. Rurſumque Israëlitas ſectantes Idola Rex Chananæorum ſubjugavit, duramque domi-

*ad Danielis Cap. IX. in ſuppl. P. 1. Cap. 5. p. 18. & ſeqq.*

1383



A.M.C. k, ll, mm ) . dominationem exercuit donec priſtinum A. P. J.
*DEBORA* mulier ſtatum reddidit: Quando
2715. etiam è cœlo pugnatum eſt & ſtellæ de viis 3423.
ſuis pugnarunt cum Siſera. §. 30.
Inter Judices *poſt Deboram florentes* nullus magis admirandus quam *Samſon.*

n ) Ante hunc famam meruerunt
2755. o ) *GIDEON*; qui Iſräelitas a jugo Midia- 3463.
nitarum ſolo ſtrepitu vaſorum & clamore *Gladius Jehovæ & Gideonis* liberavit: filius vero ejus ſpurius *Abimelech*, paternæ familiæ flagellum, tyrranidem affectavit, ſed non diu tenuit, nam triennio poſt incautus ſaxo à muliere ictus periit. §. 31.

2803. oo ) Cum Gideone autem fortitudine paria 3511.
fecit *JEPHTA*, de cujus

p ) *nativitate* quæſtio dubia eſt, an è matre gentili, an è meretrice natus ſit, an utrumque verum ſit? In §. 32.

pp ) *Tota vero vita* ejus, cum principatum per VI. Aos tenuit, nihil æque,

q ) quàm *Victoria Ammonitarum celebratur*, quia voviſſe dicitur, quicquid ſibi victori primo obvium fuerit, vel Deo ſacrum ſemper fore, vel hoſtiam daturum. Redeunti filia unica fit obvia, votumque Domino poſt duos menſes reddidit. §. 33. Cum

oo ) *De vita Jephta ſcripſit tract: Joh: Jac: Schud in 8tav. A. 1710. Francof:*

q ) *De voto Jephta v: Nat: Alex: Hiſt: Ec: V. T. at. M.*

A.M.C k, ll, mm,' A.P.J.

n, oo, pp, qq) Cum vero invidi nilominus *Ephraimita* prædæ partem armis poſtularent, 42000 *eorum interfecit*, & ſic in pace, undiquaque conſtituta, obiit. Tres quoque poſt eum Ebſan, Elon, Abdon rerum potiti pacis tempore, nihil quod hiſtoria loqueretur, ediderunt. §. 34.

2820. nn) *Tres vero ultimi* Clariſſimi fuere, quos

o) *inter eminet miræ virtutis homo* SAMSON *Nazirœus*, cujus 3528.

p) *mirabilem nativitatem* è matre ſterili *mirabilis* annuntiavit Angelus. §. 35.

pp) *Omnium* vero *ejus malorum & mirabilium fatorum* cauſæ fuerunt uxores.

q) Nam cum *primam è gente Philiſtæorum*

r) *ambiret*, Leonem diſcerpſit; cumque

rr) *eam duceret* examen apium in cadavere invenit, & hinc, ut moris erat, primo lætitiæ die hanc hiſtoriam in ænigmate propoſuit convivis. Hoc Philiſthæi cum vitulo ejus arantes 7 die ſolverunt ſuorum & uxoris graviſſimo damno. §. 36. Nam ille ſoluto Philiſthæis premio, loquacem aliquam diu uxorem deſeruit

*V. Stukk: Antiq. Conviv. p. 107. Boſchart. Hiertz. P. 2. L. 4. c. 12.*

q) *IVta Diſſ. XIX. L. Capellus, Fr. Spanheim. ſingl: Diatr. A: Pfeifferus, & J. Markius Diſſ. Phil. Theol. ad Jud. XI. Exerc. 16. &c.*

o) *De Nazirais vid. J. Doutreinium & S. Cremerum in*

A.M.C. nn,o,pp,q,rr,s ) ruit, &, cum abſente viro alii nubſiſſet, A. P. J. dolore ereptæ conjugis totam meſſem igne perdidit. ccc ſiquidem vulpibus captis ardentes lampades earum illigavit caudis & eas agris hoſtium immiſit. Philiſthæi vero his permoti mulierem tanti mali cauſam, cum domo & patre incendio conſumſerunt. §. 37.

*V. Diſſ. Cl. Schroederi Diſſ. ſingl. Marburgi defenſ. de vulpib: Samſ:*

ss ) Cum vero Samſon profanam omnibus viciſſim urgere incommodis gentem non deſineret, Iſräelitas coëgit, ut illum, *habitantem tunc in Petra Etam*, vinctum ei traderent, ſed traditus, ruptis vinculis & arrepta *aſini maxilla*, 1000 ex hoſtibus proſtravit *incantis*, ſitim vero ex æſtu & labore ortam è *fonte invocationis* explevit. §. 38.

qq ) Nec meliori eſt uſus fortuna *ſecundo matrimonio*, nam a Delila ſive meretrice ſive uxore ſepties illuſus, tandem, abſciſſa coma, viribus ſpoliatus & Philiſthæis traditus eſt: qui illum effoſſis oculis in carcerem conjecerunt. Nec tamen inultus occubuit. Nam receptis viribus Amphitheatrum, duabus ſubnixum columnis, quas inter luſus, jocique gratia ſtatuerant Samſonem, disjecit, & tria circiter millia ruina domus, plures adeoque moriens quam vivus, occidit. §. 39. Duo

) ) *Orationibus erudit: de hoc materia priori Dordraci, poſteriori Harderowici dictis.*

A.M.C. k, ll, mm, nn, oo) *Duo reliqui* poſt Samſonem florentes magis pietate quam fortitudine clari fuere. A. P. J.

p) Primus & infeliciſſimus fuit *ELI*

2843. cujus filii ſacerdotium in quæſtum *verterant*; 3551.

q) Igitur Allophyli à Deo excitati & Iſräelitæ victi ſunt: §. 40.

qq) Cumque aciem reſtituere pararent, arcam Domini ſecum in pugnam efferunt, qua Philiſthæi majeſtate præſentiæ divinæ aliquantiſper territi, mox aſſumta conſtantia totis viribus concurrunt. Victi rurſum Iſräelitæ, arca capitur, filii ſacerdotis cadunt, Eli delato ad ſe mali nuncio conſternatus de ſella reſupinus cecidit, cervicemq; fregit. §. 41.

2883. 3591.

pp) Ultimus fuit *SAMUEL* propheta,

q) natus è Patre Elcana & ſterili Hanna:

qq) Iſräelitas auxiliante exercitu Cœli a jugo Philiſtæorum liberavit. Aſt ſenex habenas imperii filiis perditis moribus imbutis tradens Iſräelitis occaſionem petendi regem dedit, regemque Saulum Deo annuente unxit. Reliqua ergo ejus acta ſequenti tabula enarremus. §. 42.

1387



A.M.C. | A. P. J.

ii, kk ) Uti autem hoc temporum tractu Reſpbl; Iſraelitarum maximam ſubiit mutationem ſic *quoque res eorum Litteraria* plane aliam induit faciem. Nam

l ) quod *ad Theologiam*

m ) *Veram* adtinet, licet

n ) *Fœdus gratiæ & promiſſio Meſſiæ* non ceſſaverint, attamem addita ſevera illa *Pædagogia* per leges morales & ceremoniales ſub pœna mortis obſervandas, quarum priores præcipue pœnitentiam, poſteriores fidem in Chriſtum urgebant, ſtatus Eccleſiæ hactenus liber cœpit eſſe ſervilis: Cumque antea ubique locorum Deum patres colerent & ſua ſacrificia offerrent, jam Paleſtinæ adſtricti circa tabernaculum cultum divinum præſtabant, & variis ſacrificiorum generibus, certis temporibus, ſingularibus ritibus offerendis, fidem & obedientiam teſtatam facere debebant.

nn ) *Perſonæ* igitur inſignes §. 43.

o ) qui *ſacris faciundis* vacabant, erant è tribu Levi, & ratione officiorum dignitatumque diſtinguebantur in Levitas & ſacerdotes; hos inter eminebant ſummi pontifices è familia Aaronis, partim é ſtirpe Eleazaris, partim è ſtirpe Ithamaris.

oo ) *Reliqui* hoc intervallum nobilitantes ſunt Caleb Joſuæ ſocius, Salmon maritus Rachabæ, Booz maritus Ruthæ parens Obedi, avus Jeſſei; Jothamus filius Gideonis, Barach victor Canahæorum &c. §. 44.

A.M.C. ii,kk,l,mm) Qui tamen omnes nequaquam impedire potuerunt, quominus *falſa* Idolorum religio Molochi, Baali, Aſtarothi gentium Cananæorum etiam inter Israëlitas radices ageret. Præcipui hujus cultus Antiſtites celebrantur Bileam & Micha ſacerdos; nec non Gideon ex hoſtium ſpoliis Ephod inſignum victoriæ erigendo fœdiſſimæ ſuperſtitioni occaſionem præbuit. §. 45. A.P.I.

ll) Quod vero ad reliqua litterarum ſtudia adtinet;

mm) Jurisprudentiæ Judaicæ corpus à Moyſe conſcriptum in pentateucho habemus, an vero judicium ſ. ſynedrium magnum jam ab his temporibus initium ſumſerit, cum multis V. D. dubitamus.

mm) Rerum deniq; naturalium cognitionem & Mechanicæ peritiam ex Ægypto ſecum in Paleſtinam tranſtuliſſe, & ſuis cum nepotibus communicaſſe, Bezaleëlis & Aholiabi exemplis probatur: At vero talia eos in ſcholis publicis docuiſſe nondum evictum eſt. §. 46.

1389



hh ) Exhibet hæc tabula fata populi Dei, quando A. P. J.
AMC. *ſub Regibus*, ſpreta Θεοκρατεια per V. & quod
excurrit ſecula, vixit. §. 1.
i ) Luſtremus ergo more ſolito *res eorum Civiles.*
k ) Ante *diviſionem*
l ) Primus Rex fuit *SAUL*, *ſtatura maximus* toto in populo, filius Cis è tribu Benjamin. §. 2.
m ) Hic *antequam Rex fuit*, rei pecuariæ operam dedit: §. 3.
mm ) Cum vero populus a Deo Regem
postularet, in Rama a Samuele unctus, 3612.
2904. *Æ: Exitus* *datoque oſculo Rex renunciatus eſt.* Ab
CCCXVI. hinc varia geſſit Bella;
n ) *Ante confirmationem ſolemnem* Nachaſum Regem Ammonitarum ob-
*Jos. Antt.* ſidentem Jabeſum feliciter vicit. §. 4.
L. VI. 6. §.
nn ) Poſt confirmationem in Gilgal factam
o ) *Infeliciter* bellum geſſit cum Philiſtæis.
p ) *Tempus* indicatur phraſi 3613.
2905 ambigua 1. Sam. 13. 1.

l ) *Talem formam in Regibus Orientales æſtimabant, ſic Corn: Nepos Iphicratem ab ea laudat c. 3. & è contrario Plutarchus, de libr. educ. de Lacedæmoniis refert, quod Archidamum Regem ſuum pecunia mulctarunt, quod puſillam ducere uxorem non eſſet veritus, cauſam ſubjungentes, quod non Reges, verum regulos dare ipſis conſtituiſſet. Conf. fab. 2. Lib. 1. Phædri. J. Doughtæum Anal. S. P. 1. Exc. LXXVI. & Comm. ad Sulp. Sev. p. 160.*

n ) *Cauſa victoriæ fuerunt iniquæ conditiones Nachaſi, v. Præſt. W. ab Yſum, Orat. p. 22.*

p ) *Placet nobis quam maxime ſententia Doct. Byleri*

A.M.C. 3905. — A. P. J. 3613.

i,k,l,mm,nn,o,pp ) Bellum ipſum magis terrore quam armis eſt confectum. §. 5.

q ) Cum enim a partibus Philiſtæorum congregati eſſent XXX millia curruum & VI millia equitum, cæteræque copiæ æquarent arenam maris, Iſräelitæ timore abrepti lacrymis latebras petierant:

qq ) Liberati tamen ſunt audaci conſilio & fortitudine Jonathanis.

oo ) *Felicius* vero contra Agagum pugnavit ad urbem *Amaleck*. Quo in prælio §. 6.

*1. Sam. XV.*
*Joſeph. LVI. c. 8.*

q ) Victi quidem Amalekitæ, aſt

qq ) Rex eorum captus, nolente Deo a Saulo ſervatus, à Samuele vero coram facie Jehovæ cæſus eſt. Hoc ob peccatum Saul a Deo rejectus & David electus eſt. §. 7.

*in memoriam coronat. p. 9. Coronationis diem pro quodam illorum natali habendum & colendum eſſe. Sic ſecundum Balſamonem ad Photii Nomocan.* Νατaλια δε εισι των Βασιλεων γενεθλια, και ἡ τȣτων αναρρησις Βασιλικη γεννησις ἡ αναγορευσις. *V. & Plinium L. X. Epiſt. 28. 60. 103.-104. Spart. in Adrian c. 4. Aliorum ſententias v. apud Pfeiff. D. Vex Cent. L. VI.*

q ) *His hyperbolen vel textum corruptum eſſe fruſtra fingunt Bochartus, Grotius, Capellus, Clericus, vide Clar. Gerdes in Veſp. Vad. p. 145. Budd. in Hiſt. E. V. T. T. 2. p. Schottanum in Bibl. Hiſt. V. T. S. T. 2. p. 575. In illa ſervitute Iſräelitas gladiis orbarunt, ut moris erat v. Florum L. I. c. X. §. 10. & Lib. 2. c. 3. ibique Freinshemium.*

A.M C | | A.P.J.
---|---|---

i, k, l ) Sic Regia dignitas *ad tribum Juda & familiam Jeſſei* eſt tranſlata, è qua ante diviſionem duo exſtitere Reges.

3914. m ) Alter fuit *DAVID* fratrum ſuorum natu minimus. 3622.

n ) *Vixit hic*

o ) aliquamdiu *domi*, eratque *Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe.*

oo ) Deinde vero clanculum unctus a Samuele *in publicum prodiit*; ſeu protractus fortiſſimus bellator & ſuaviſſimus Pſaltes exſtitit. §. 8.

p ) *Vivente Saulo*

q ) in *aulam vocatus* eſt,

r ) ut *male feriatum ſpiritum* citharam pulſando *pelleret*:

rr ) qua tempeſtate *bellum repræſentativum*, uti appellant, cum maximo Philiſtæorum Goliatho geſſit, & felicitate invidiam odiumque Regis ſibi contraxit. Hinc

qq ) V. annos *fugitivus* a ſocero inſidiis & armis eſt agitatus. In illa fuga §. 9.

r ) bis Saulo, infenſiſſimo hoſti,

rr ) Amalekitis vero non pepercit, utrumque tamen juſte fecit.

pp ) *Mortuo vero Saulo* in bello contra Philiſtæos, uti ipſi prædixerat Pythoniſſa, & cadavere ejus de muro ſuſpenſo, eodem die, quo David Amalekitas ſuperaverat, §. 10

q ) *Per duos Annos vivente* & regente 2652.

3944. Iſraëlem *Iſboſetho* Rex Judæ fuit.

A.M.C. 2946. & ſeqq. i, k, ll, m, n, oo, pp, qq ) Deinde Abnero ad ejus partes tranſeunte & Isboſetho a Benjaminithis ſublato, *toti Israëli præfuit.* A.P.J. 3654. & ſeqq.

r ) Primo quidem *Hebrone*, mox

rr ) vero Jebuſæis victis *Hieroſolimam* πολιτειας & θρησκειας *metropolin fecit* : imo de templo Deo ædificando cogitavit, quod tamen Deus renuit, quare iterum ad bella gerenda animum adplicuit. §. 11.

s ) *Felix* ſemper *fuit foras*,

[2. *Sam.* 8. 9. 10.] t ) cum in *bellis quæ ipſe geſſit*,

tt ) tum *quæ geri per Joabum* curavit. §. 12.

ss ) *Infelix vero domi*

t ) tam per *uxores*,

tt ) quam per *filios*

u ) *Abſalomum*

uu ) *& Ammonem*; uſquedum §. 13.

nn ) Septuagenarius *mortuus eſt*, ſplendideque ſepultus; Filium Salomonem è Batſeba natum, & vivente patre unctum relinquens in Imperio. §. 14.

2984. 3692.

mm ) *Hic* ob virtutes & vitia præcipue famam meruit.

n ) Inter *virtutes* laudatur

o ) ejus *pietas*, quam probavit

1393



| A.M.C. | | A. P. J. |
| --- | --- | --- |
| | i,k,ll,mm,n,o) in *ædificatione templi* per 7. *Aos* auxilio regum Tyriorum & Ægyptiorum | |
| 2987. | conſumati, auroque ad id ex Ophir & | 3695. |
| 2988. | Tarſo allato. §. 15. | 3696. |
| | oo) Nec minor ejus fuit ſapientia precibus a Deo impetrata, | |
| | p) tam *rerum divinarum*, | |
| | pp) quam *humanarum* | |
| | q) & *civilium*, ob quam abexteris | |
| | qq) & *naturalium* quoque nationibus eſt cultus & a Regina Sabæ laudatus. §. 16. | |
| | nn) Inter ejus *vitia* maxime | |
| | o) *ſcriptura S.* refert *multitudinem uxorum etiam alienigenarum*, a quibus ſenex eſt permotus *Deos Aſtaroth & Moloch* quærere. *Adeo difficile eſt, etiam ſapienti amare ac ſapere.* §. 17. | |
| | oo) *Joſephus vero* & alii addunt, illum magicas quoque exercuiſſe artes. Ut ut ſit, ob ejus vitia, etiamſi reſipuit, §. 18 | |
| | kk) *Regnum ejus eſt diviſum* in regna Judæ & Iſraël. | |
| | l) Singulatim ergo fata *regni Juda*, qualia habuit, | |
| | m) *Ante bella Aſſyriaca* & *captivitatem Babylonicam* conſideremus. | |
| | n) Ante *Attaliam* pietate reliquos | |
| | o) *Joſaphat* ſuperavit; *ante hunc* | |
| 3025. | p) *REHABEAMUS primus* floruit, qui | 3733. |
| | q) X tribus a ſe alienaverat intempeſtivo thraſoniſmo. §. 19. | |

A.M.C. i,kk,l,m,n,o,p,qq) *Hinc* regi Ægypti impar *abſque certamine ab eo victus* & poſtquam A. P. J.
XVII *Aos* regnaverat fato functus eſt.
pp) Reliqui duo filius & nepos Rehabeami haud meliores fuerunt. §. 20. Nam
3042. 1. *Reg.* XIV. 20. q) *ABIAS* licet victor fuit Jerobäami, in 3750.
2. *Chron.* XIII. 1. malum tamen avi prolapſus eſt. Sic &
3044. qq) *ASA* copias quidem Regis Midianitarum duplo ſuis majores fregit, & fœdus Regum Syriæ & Iſräelitarum auro illuſit, attamen magis in medicis, quando in morbum incidit, quam divinis auxiliis fiduciam poſuit, & hinc obiit A. regni XLI. 3752.
3085. oo) Huic ſucceſſit *JOSAPHAT* vir religioſis virtutibus merito clarus, hinc & 3793.
3107. vicinis gentibus charus ut Philiſtæi & Arabes ultro ipſi munera adferrent. 3815.
3109. Pius vero hic Rex §. 21. 3817.
p) peſſimum reliquit filium *JORAMUM* qui debitas quoque impietatis pœnas dedit Arabibus, & mox morbo laborans animam cum viſceribus efflavit; neque in Regum ſepulchris ſepultus eſt. Hunc excepit §. 22.
3113. pp) *ACHAZIAS*, qui ſuo damno *Joramum* inviſit, hoc enim a Jehu victo, ipſe Achazias in fuga exſpiravit. Hac occaſione utens § 23 3821.
nn) *ATHALIA* imperium ad ſe contra jus Regium rapuit, mox vero ſuo ſanguine
3120. o) ſucceſſori *JOASO* ad regnum viam paravit, qui quamdiu Jojada vixit, 3828.
p) Rempublicam optime adminiſtravit

A.M.C. m, nn, o, pp ) *Illo ſublato* Rex *adulatione* depravatus ac *crudelitate* adverſus Zachariam, *infelicitateque* contra Regem Syriæ infamis a ſuis ad plures eſt miſſus. §. 24. A. P. J.

3158. 3866.

oo ) Succeſſit igitur *AMAZIAS*, qui

3159. p ) *ab initio fecit* ea, quæ Deo placuerunt; 3867.

q ) *Percuſſores patris* & cædis conſcios *ſupplicio affecit*; at liberis eorum ignovit:

qq ) Cum *Idumæis*, qui defecerant, *bellum feliciter geſſit*, & ſeveriſſime in rebelles animadvertit.

pp ) *Rediens vero victor* victis religionibus ſervire & captivos Deos poſt victorias adorare cœpit. Hinc infelix quoque contra Iſräelitas, juſto alias in bello, & captus fuit. §. 25.

3199. q ) Ergo *filius ejus* XVI. A: *UZZIAS* ſucceſſit, qui quoque optimis comparandus 3907.

r ) *in principio regiminis* eſt regibus.

s ) Nam *res proſpere geſſit contra* Idumæos, Philiſtæos, Arabes, Ammonitas aliosque hoſtes, ita ut fama ejus in Ægyptum usque penetraverit.

ss ) Neque *propterea domeſtica neglexit*, Hieroſolymam munivit, pecoris vim aluit ingentem, vineas & ſegetes habuit in monte præcipue Carmel uberrimas. § 26.

rr ) *Commaculavit vero deinde* gloriam quan-

A.M.C. l,m,nn,oo,pp,q,rr ) quando, forſan ad exemplum ali-arum gentium, ſuffitum in templo offerre & ſic ſacerdotium cum imperio conjungere ſtuderet; ſed lepra propterea punitus, templo ejectus, regno exutus, nec in Regum ſepulchris appoſitus eſt. §. 27. A.P.J.

3152. qq ) Patris vero loco filius A. Æt: xxv. *JOTHAMUS nepos Amaziæ* regnavit, cui, teſte Joſepho, nulla regia defuit Virtus; & equidem, nec quicquam vel in religione vel in republica reliquum fecit, niſi quod luca & loca excelſa idolorum non deſtruxit; cum enim gratus eſſet populo minori cum periculo *potuiſſet* & majori cura *debuiſſet* hoc facere. §. 28. 3960.

mm ) Illa *enim Idololatria filii & ſucceſſoris* xx A. *ACHASI* omniumque propterea malorum occaſionem dederunt. Nam ad hujus ſuperſtitionem puniendam Deus excitavit Rezin Syrorum & Pekah Iſräelitarum Reges, qui ipſum

3265. duabus cladibus affecerunt, usquedum evocato Rege Aſſyriorum, ab his quidem liberatus, ſed à Tiglado parum adjutus eſt. Et *hinc bella Aſſyriaca originem ſumſerunt*, quæ §. 29. 3974

n ) *antequam plene in captivitatem Babyloniçam abducti*, ſub omnibus fere Judæorum Regibus continuata ſunt. Nam

viven-

Franckesche Stiftungen zu Halle

1397



A.M.C mm,n,o) *vivente & regnante piiſſimo* Judæorum rege A.P.I.
3287. *HISKIA*, tributumque Aſſyriis negante, 3989
p) *Sennacherib* Judæam petiit, & 300 talenta
argenti cum xxx tal: auri ſibi pendere, Hiſ-
kiam coegit. His tamen nondum conten-
tus per Rabſaken, execrato ipſo Jehova, ad
deditionem Judæos monuit, ſed proprio ſuo
damno. Judæorum enim Deus per angelum
ſuum glorioſum injuriam hanc ultus eſt, in-
terfectis 185. millibus militum una nocte.
A. A, CH. N. ɔɔcccxvi. U. C. xxxviii. Ær.
§. 30. 3998.
3290. Nab. xxxii.
pp ) *Per idem tempus*, ait Sulpitius noſter,
q ) cum *è morbo lethali* mirabili ficuum
maſſa per Jeſaiam liberatus & de ſequenti
vitæ tempore xvA. certior factus eſſet.
qq ) *Merodach*-Babylonius legatos de ſani-
tate *quaſi* ipſi gratulaturos, & de ſigno
per ſolem Hiskia dato conſulturos, ſed
revera de fœdere contra Aſſyrios ineun-
do deliberaturos ad Hiskiam miſit. His
Hiskias ad oſtentandam ſuam potentiam
omnes Theſauros ſua pernicie explicuit,
quia quicquid auri & argenti ab ipſo
congeſti ſupererat, Babylonem transla-
tum iri Deus regi prædixit. Pax tamen
fuit ſuis diebus & A: xxix Regni placi-
§. 31.
de obiit.
oo ) *Aſt ſub poſteris* eius continuis bellis tur
bata fuit Judæorum reſpublica: Nam
Fili-

Franckesche Stiftungen zu Halle

A.M.C. mm,nn,o,p) Filius Hiskiæ ſuperſtitioſus *MANASSES* A. P. J.
3310. ſtatim ab Aſſarhaddone captus eſt, & licet ad frugem rediërit, libertatique reſtitutus ſit, nunquam tamen abhinc Judæi jugum Aſſyriorum excutere potuerunt. §. 32. 4018.

pp) Ut enim taceam, de *AMMONE* regni & impietatis patris hærede, qui à ſuis Ao regni ſecundo interfectus eſt, *ipſa JO-*
3367. *SIÆ*, qui Autographum Moyſis Pentateuchi inveniſſe & Paſcha ad exemplum Hiskiæ celebraſſe traditur, *pietas* impedire haud potuit, quominus ipſe ſuaque familia ad exitium à Deo decretum & à populo promeritum raperetur. Ipſe enim in bello Regem Ægypti inter & Aſſyriorum vulneratus obiit, & filiorum ejus 4075.

q) Alter *JOACHAZUS*, à populo interim Rex creatus, à Nechone ex Aſſyria *reduce in Ægyptum captivus abductus eſt*: §. 33.

qq) Alter *JEHOJAKIMUS*, in locum ejus ſuffectus, Ao III. Nebucadnezaris *Imo* gemina catena vinctus & Babylonem tractus juſtiſſimas impietatis ſuæ dedit pœnas. §. 34.

nn) *Sic ergo Captivitas initium habuit*, quæ
3401. per LXX Aos duravit; cujus ab exordio *Jechonias* per nonnullos menſes, & *Zedekias* per IV. Aos reliquiis ad agros colendos deſtinatis præfuerunt. §. 35. 4109.

Re-

1399



A.M.C. ll ) Regno Judæorum *parallelum fuit regnum X. tribuum S: Israëlitarum*, quod per cccxc A: iniquitatis ſtetit. Ezech: IV. 5. Huic regno A.P.J.

m ) *Ante interregnum* duæ præfuerunt *familia*

3025. n ) *Prima regia familia fuit JEROBOAMI,* 3733.

3026. o ) qui fundamenta regni jecit & Israëlem 3734

Ao Nequit. peccare fecit, duos vitulos aureos loco

3029. imo Cherubinorum, more Ægyptiorum, conſtituens. 3737.

3046. oo ) Hujus Filius *NADAB* a Baaſa eſt occiſus & ſic §. 36. 3754.

3047. nn ) *Regia dignitas ad hujus familiam* tranſiit 3755.

quæ nec melior nec felicior priori fuit. Nam

o ) a *BAASA multi Israëlitæ* defecerunt, & *Rex Syrorum*, auro a Rege Judæ corruptus, multis modis ipſum ſpoliavit.

3070. oo ) Filius quoque ejus *ELA* ab principe 3778.

equitum Zimri ſublatus eſt. Quando breve §. 37.

mm ) *Interregnum & certamen* inter duces Zimri, Tibni & Omri eſt ortum. Poſt quod itidem

n ) *ante bella Aſſyriaca* Regni exitialia *duæ familia* habenas Imperii tenuerunt.

o ) Vincente enim *OMRI* ejus *propago diadema* ſumſit. §. 38. Hujus igitur

3071. 3779.

p ) Filius omnium Tyrannorum peſ-

3082. ſimus *ACHAB* duxit 3790.

q ) *Uxorem* ſuperſtitione, libidine & crudelitate infamem *Jezabelem*;

qq ) Pugnavit contra Syros *primo* feliciter, *deinde*, interfecto injuſte Nabotho, victus & letho datus eſt. §. 39.

A.M.C. ll,mm,n,o,pp ) Succeſſerunt ergo *nepotes Omri* Filii A.P.J.
Achabi *OCHOZIAS* & *JORAMUS*, qui
3103. poſterior bellis contra Moabitas & Sy- 3511.
ros feliciter geſtis clarus exſtitit. Bellum
vero deinde Syro Chazäele renovante
in prœlio vulneratus & a *Jehu* cum omni
familia Achabi ſublatus eſt : §. 40. &
3114 oo ) Sic progenies *JEHU*, Deo ita volente, 3822.
purpura eſt induta.
3143. p ) *Parens atque filius JEHOACHAZUS* 3851.
ſuperſtitione vitulina inquinati *infelici-*
[2Reg. XIII] *ter* contra Syros pugnarunt.
3157. pp) *Nepotes vero Jehu JOASUS* & *JE-* 3865.
3173. *ROBOAMUS IIdus* ad ſummum faſti- 3881.
[2Reg. XIV.] gium regnum paternum evexerunt, *fe-*
*liciſſime* contra Reges Syriæ & Judæ
pugnantes.
3236. ppp ) Ultimus vero familiæ Jehu *infeliciſ-*
*ſimus* omnium fuit *ZACHARIAS* ſexto 3944.
enim menſe a ſuis interfectus, & ſic
in quarta generatione familia Jehu ex-
itio totius Regni deleta fuit. Cum enim
3237. [2. Reg. XV.] Sallumus & Menahemus de imperio 3945.
certarent §. 41.
nn ) *PHUL*, Arbacis forſan filius, occaſi-
one inteſtinarum diſſidiarum expeditionem
in terram ſanctam ſuſcepit, & *MENAHE-*
[2Reg. XV.] *MUM* eo redegit ut pacis redimendæ &
regni confirmandi gratia ſibi 1000 talenta
argenti penderet: Et *hinc bellorum Aſſyri-*
*acorum primordia repetenda*. Conf. Tab. VII.
§. 16. & ſeqq. Abhinc §. 42.

A.M.C. , kk, ll, mm, nn ) magis Tyranni quam reges regno A.P.J.
præfuerunt & continuis tumultibus
lacerarunt.
o ) *PEKAJA* enim Ao ado a tribuno
3249. *Pekacho* in palatio confoſſus eſt: 3957.
3251. *PEKACHUS* vero *TIGLADO-PHUL* 3959.
[2 *Reg.* XVI.] *ASSAR* pœnas juſtiſſimas dedit, &
denique ab Hoſea conſpiratione fa-
cta interemtus eſt. §. 43. Aſt
oo ) Contra *HOSEAM* duplicem ſuſce- 3979.
[2 *Reg.* XVII.] pit expeditionem *SALMANASSAR*:
3271. p ) *Prima* invitatus forſan à ſuc-
cumbentibus *Pekachi* partibus
Hoſeam tributarium fecit.
3279. pp ) *Secunda* expeditione ob con- 3987.
3285. ſpirationem Hoſeæ cum Æthi- 3993.
3287. [2 *Reg.* XVIII.] opum Rege ſuſcepta totum re- 3995.
gnum funditus evertit & popu-
lum Israëliticum in Medos, Col-
chos, Indos, atque Æthiopes
miſerabili & perpetua ſervitute
diſperſit. §. 44.

ii ) *Hiſtoria Litteraria* reſpondens civili
k ) *Sacra* exhibet
l ) *Perſonas Sacras* S: Prophetas & ſacerdotes
ore, vitæ exemplo & ſcriptis claros.
m ) Inter Prophetas
n ) *Pietate & Oratione* claros eminent, Na-
than, Obed, Achia, Samaja, Aſaria, Ha-
nania, Elia, Micha &c. §. 45.
nn ) *Calamo* vero clari fuerunt,
o ) *Ante* captivitatem Babyl: David, Sa-
lomon, Jeſaias, Jeremias, Hoſeas,

A.M.C. ii,k,l,m,nn,o ) Amos, Jöel, Jonas, Micha, Nahum, Habakuk, Obadja, Zephania, A. P. J.

oo ) *Durante Captivitate* Ezechiel & Daniel. §. 46.

mm ) *Templo vero & cultui ceremoniali* deſtinati erant

n ) *Sacerdotes* è familia *Aâronis*

o ) *Summi*, quos recenſet Seldenus de ſucceſſ: Pont, Lib. 1. c. 3. 4. 5.

oo ) *Reliquos ordinarios* vero in certos ordines David redegerat,

[1 *Chron.* XXIV.] p ) XVI. Claſſes erant è familia Eleazaris

pp ) & VIII. è ſtirpe Ithamaris.

nn ) Sic & *Levitas* per ſortem diviſerat in XXIV. ordines cantorum & totidem Cu-

[*Chron.* XXV.] ſtodum templi. §. 47.

ll ) *Doctrina, ſi ipſam eſſentiam ſpectes*, eadem erat cum præcedentis Tabulæ, ac a Moyſe tradita: ſin conſideres *circumſtantias*, ædificato per Salomonem templo, aliquam mutationem ſubiit. §. 48.

kk ) *Profanarum* vero *Hiſtoria diſciplinarum* arctis circumſcripta eſt limitibus.

l ) *Jure civili* acceſſit *jus regium*, quod an uſurpativum an privilegium ſit, dubia quæſtio eſt.

ll ) *Philoſophiam* vero ænigmatibus & proverbiis in Academiis tradere inceperunt. *Hiſtoricos S:* Scriptores librorum Samuelis, Regum & Chronicorum prophetas fuiſſe, *Muſices* etiam ſtudium hoc temporum tractu inter Hebræos ad ſummum faſtigium perveniſſe aſſerimus. §. 49.

Franckesche Stiftungen zu Halle

1403



A.M.C. A.P.J.

Continet hæc tabula ſynopſin fatorum Abrahami poſterorum à captivitatis Babylonicæ ſolutione uſque ad Chriſtum.

h ) *Civilis* hujus periodi *hiſtoria*,

i ) Præcipue *Judæorum*, exhibet cum reſtitutionem tum adminiſtrationem Reipublicæ per V. & quod excurrit, ſecula.

k ) *Reſtituta ſunt* res Judæorum,

l ) ſi ad primas περιςασεις adtendas,

3471. m ) *Temporis*; Anno Cyri I*mo* : 4179.

mm ) *Perſonarum*, à 42360 maxima ex parte è tribubus Juda & Benjamin ortis. §. 1.

ll ) Si *ad modum* reſpicias, clementia trium Regum Perſarum, prudentiaque trium præcipue præfectuum totum opus perfectum eſt. §. 2.

3492. [Nabon:] CCXXXIV. m ) *Templum*, cujus fundamenta ſub Cyro jecerant, *Anno* Darii Hiſtaſpidis VII. xx. à quo opus inchoaverant, in multis quidem Salomoneo inferius, gloria tamen ſperanda ſuperius, auxiliis Sidoniorum & Tyriorum a Zorobabele conſumatum & conſecratum eſt. §. 3. 4200.

mm ) *Reſpublica* vero, non obſtantibus vicinarum gentium obtrectationibus, regnante Artaxerxe Longimano, reſtituta eſt. Hujus enim

3542. n ) *Anno* VII. Eſras, ampliſſima inſtructus poteſtate, diſciplinam ſecundum legem Moyſis reformavit. 4250.

3555. nn ) Cui deinde Nehemias *Anno* Artaxerxis xx. A. CH. N. CCCCL. eſt ſecutus, qui urbem muro cinxit, civibuſque locupletavit. §. 4 4263.

A.M.C. | A.P.J.

h,i,kk) Mortuis vero præfectis *Reſpublica adminiſtrat.*
3583. & ſeqq. l) *eſt a PONTIFICIBUS*, quorum regimen *ſpeciem Eccleſiaſticam* præ ſe tulit. 4291. & ſeqq.
m) Cum vero penes *Perſarum Monarchas* τα κυρια erant, non potuit non, quin θεωκρατεια, licet αυτονομιαν obtinuerint, imminueretur. §. 5.
n) Primus fuit *Jojada* Eliaſibi filius, tempore Darii Nothi, duobus filiis infelix,
o) *Altero* ſc: *Apoſtata*, Sane ballati genero, anonymo, avunculoq;
[Neh:XIII.] Manaſſis, generi alterius Sanneballati:
3611. oo) *Altero Johanane* ſ: Jonathano fratrcida patriſque ſucceſſore, regnante Artaxerxe Mnemone. 4319.
[Jos: Ant:L.XI. & XII.] Huic §. 6.
3671. nn) *Jaddus*, imperante Dario Codomanno, ſucceſſit, & Manaſſis ad Samaritanos ſeceſſit, quando §. 7. 4379.
mm) Suprema poteſtas per Alexandrum M. *ad Græcos* eſt tranſlata. Mortuo vero Alexandro, Imperioque ejus diviſo, 4390.
3682. [Ol:CXIV. Nab:CCCCXXIV.] n) *Dignitas Pontificum* aliquamdiu *integra* manſit.
o) Nam Jaddi filio, & ex eo nepote abſque prætio hæc dignitas eſt collata. Ao II. poſt mortem Alexandri M:
3684. A.CH.N. CCLXXXIV. 4392.
p) *Prior Onias*, Jaddi filius, fraude Ptolomæi notus:
[Ol: CXX.] pp) *Poſterior Simon*, Oniæ filius
3705. juſtitia clarus exſtitit: cum 4414.

vero

1905



| A.M.C. | | | A.P.J. |
|---|---|---|---|
| | | h,i,kk,l,mm,n,o,pp ) vero filium pubertatis annos nondum adtingentem reliquiſſet, §. 8. | |
| | | oo ) Alii quoque è Jaddi familia res Judæorum adminiſtrarunt; nempe | |
| 3718. | | p ) *Eleaſar & Manaſſis* nepos & abnepos Jaddi, | 4426. |
| | [Ol:CXXIII.1.] | q ) *Prior* ſive Eleazar frater Simonis tempore Ptolomæi Philadelphi floruit. | |
| 3751. | [Ol:CXXXI.2.] | qq ) *Poſterior* hujuſque filius Manaſſis funetiſſimo Syriæ inter & Ægypti Reges bello durante, imperium cum ſacerdotio tenuit. §. 9. | 4459. |
| 3770. | | pp ) Sublato vero Manaſſe *ad Simonis familiam dignitas rediit, &* | 4468. |
| | [Ol:CXXXIII.3.] | q ) *Onias* II. Simonis filius peſſimis temporibus rempbl: peſſime adminiſtravit. | |
| 3774. | [Ol:CXXXVII.1] | qq ) Ad internecionem vero Judæi temporibus *Simonis* II. negantis Ptolomæo introitum in ſanctum ſ: per totam Syriam deleti fuiſſent, niſi ſola Dei cura obſtitiſſet. §. 10. | 4482. |
| 3822. | [Ol:CXLIX.1.] | nn ) Eo vero mortuo *dignitas ſacerdotalis* licet per gradus, *eſt imminuta.* Nam o ) *obtrectationibus Oniæ III. & Jaſonis* omnia turbata, neque ipſi hac ad fines vitæ dignitate ſunt gaviſi. | 4530. |
| 3834 | | oo ) Deinde vero ſub *Menelao & Alcimo*, cauponante Pontificatum Antiocho Epiphane, fagello Judæorum, ad tempus dignitas dari, imaque ſummis miſceri cœptum eſt. §. 11. | 4542. |

Franckesche Stiftungen zu Halle

A.M.C. | A.P.J.

h,i,kk,ll) Hujus vero tyrannidi cum ſe opponerent
3843. &ſeqq, *HASMONÆI ſpecie regiminis politici* Reſ- 4551. &ſeqq.
publ: adminiſtrata fuit. Primo
m) a Principibus *Maccabæis*, quorum
n) conditor erat *Matthias*, cui deinde at/
nn) Tres filii ſucceſſerunt. §. 12. Horum
o) *Duo priores*, turbata Republ: ſem-
per *fuere ſagati*: Primus
p) *Judas* natu maximus,
q) *Vivente Antiocho*, contra re-
gis duces ſtrenue Rempbl.
defendit, atque contra Am-
monitas Moabitaſque forti-
ter pugnavit:
qq) *Mortuo Antiocho*, occupa-
taque arce Zionis cum Eu-
patore pacem fecit, ut li-
berum legis uſum Judæis
concederet. Obiit autem i-
pſe in prælio contra Alci-
mum & Bacchidem Deme-
trii Duces. §. 13.
pp) Succeſſit *Jonathan*,
q) Qui, a Bacchide & victo-
riam & pacem reportavit:
qq) Cum vero Demetri partes
deſereret, a Tryphone fu-
cato amico & vita & li-
3863. bertate privatus eſt. §. 14. 4571.
oo) Tandem Fratrum ultimus *Simon*
omnium feliciſſimus fuit. Nam
ſuis temporibus
p) Quieta admodum & amica
Romanis Reſp: Judæorum red-
dita eſt;
pp) Et in ſua familia, illo mor-
tuo,

1407



| A.M.C. | | | A.P.J. |
|---|---|---|---|
| | | i, kk, ll, m, nn, oo, pp) tuo principatus manſit. Ipſi enim ſucceſſit filius ejus unicus *Johannes Hircanus*, vicinarium gentium terrorqui obiit Ao princ. xxx. | |
| | | mm ) Denique & iſto ſublato *REGIBUS* Judæi paruere, ortis quoque è | |
| 3901. | | n ) *Maccabæorum familia* quos Alexandra Regina diſtinguere poteſt. | 4609. |
| | | o ) *Hanc anteceſſere* | |
| 3902. | A. CH. N. CIV. *Olymp.* CLXVIII. 3. *Jos. Antt.* | p ) *ARISTOBULUS* Hircani filius, Rex unius *Anni* qui Ituræos dejectos & circuncisionem ſuſcipere coactos Judææ adjunxit. | 4610. |
| 3903. | L. XIII. c. 18. A. CH. N. CIII. *Jos. l. c.* *cap.* 20. | pp) *ALEXANDER JANNÆUS*, qui varie contra Ptolomæum Lathurum, hoſtesque inteſtinos pugnavit, tandemque febri è commeſſationibus orto correptus, periit. §. 16. | 4611. |
| 3929. | A. CH. N. LXXVII. *Olymp.* CLXXV. 2. | oo) *Regnum* vero *Uxori ALEXANDRÆ teſtamento reliquit*, quando Phariſæi, *uti hodie Jeſuita*, omnia pro lubitu adminiſtrarunt. *Poſt illam* | 4637. |
| 3937. | *Jos. l. c.* 23. *& B. J.* 1. 4. A. CH. N. LXVIII, *Olym.* CLXXVII. 3 | p) *JOHANNES Hircanus* & *ARISTOBULUS de regno certarunt.* Arbiter autem erat Pompejus, Hircani fautor. Flor. *L.* 3. *c.* 5.. | 4645. |
| 3966. | *Jos. Ant. L.* XIV. *cap.* 7. & ſeqq. | pp ) Denique *ANTIGONUS Ariſtobuli filius* hoſtis Romanorum judicatus, a Soſio & Herode victus, ab Antonio vero ſecuri percuſſus eſt. Cumque illo familia Haſmoneorum, quæ per CXXVI. Annos floruerat, deſiit. Confer Joſephum fuſius hoc referentem Lib. XIV. c. 28. & L. XV. c. 1. è Strabone. §. 17. | 4674. |

mm) *Conſulendus hic & ad totam hanc tabulam incom-*

| A.M.C. | | | A.P.J. |
|---|---|---|---|
| | h,i,kk,ll,mm,nn | ) Ergo vacuum *occupavit Regnum* | |
| | | *familia Antipatris*, qui primo pro- | |
| | | curator Paleſtinæ & Syriæ fuit. | |
| | *Conf. N. Serarii* | o ) Primus & princeps fuit *HERO-* | |
| | *Herodes Syntag.* | *DES* Antipatri filius, plebejo natus | |
| | *T, 2. de 3. Judæor,* | genere, Idumæus gente, [*] *non* | |
| | *ſectis p. 367.* | *Athenienſis*, gloria Magnus, ſed cru- | |
| | | delitate infamis. Regnum tertio, | |
| | A. U. Cond. | p) Poſtquam a S. P. Q. R. Cnejo | |
| 3966. | CCCCXIV. | Domitio Calvo II & Cajo Aſi- | 4674. |
| | *Olymp.* | nio Pollione Coſſ. Rex ſaluta- | |
| | CLXXXIV | tus erat, | |
| | | pp ) *Anno* occupat in autumno | |
| 3969. | | M. Agrippa & Caninio Gallo | 4677. |
| | | Conſſ. eodem die, quo Pom- | |
| | | pejus ante A. XXVII. Hieroſo- | |
| | | lymam expugnaverat, & A. | |
| | | CVI. antequam Titus urbem | |
| | | delevit. Illo regnante Rex re- | |
| 4002. | | gum Chriſtus Jeſus natus eſt; | 4710. |
| 4003. | | regnavit autem Tyrannus XXXIV. | 4711. |
| | | Annos. Mortuo §. 18. | |
| | | oo ) *ARCHELAUS* ſucceſſit cui, | |
| | | cum patris veſtigia præmeret, & | |
| | *P. P. Actiac.* | a Judæis accuſaretur, Auguſtus | |
| | XXXVII. Ao. | imperium Anno IX. abrogavit, | |
| | *Joſ. Ant.* L. XVIII | & Viennæ ipſum in exilium mi- | |
| 4011. | *Cap. 3. & de B. J.* | ſit, atque Judæam in provinciæ | 4719. |
| | *Lib.* II. *cap. 6.* | formam redegit. §. 19. | |

mm) *parabile opus Cl. H. ab Alphen in Danielis cap.* IX. *cujus hypotheſes in Chronologicis ſecuti quam lubentiſſime ſumus, in ſuppl. P.* IV. *cap. 4 p.* 308. *& ſeqq.*

nn) *Conf. Cl. Alphenum l. l. ſuppl. P. V. Cap.* 1. *p.* 337.

[*] *Ut vult Harduinus de numm. Hered. p.* 21.

1409



A.M.C. h, ii ) *Parallela minora Regna* familiæ Arphaxadi A.P.J.
k ) Ex *Abrahami* liberis orta ſunt: & quidem
l ) *è conjugibus ante & poſt filium promiſ-*
*ſionis* natum ductis, quarum fuit
m ) *Altera Hagar*, matre Iſmäelitarum
Saracenorum, Arabum, & Nabathæ-
orum:
mm ) *Altera Kethura*, Midianitarum, Sa-
bæorum & aliorum populorum mi
norum parente.
ll ) *Ex ipſa Sara*, cui promiſſio facta, e-
juave filio Iſaaco, patre Edomi & Edo-
mæorum, ex quibus & Nabathæis Sa-
maritanorum colluvies tempore captivi-
tatis orta eſt, quæ templum in Monte
Garizim poſt cc. Annos evertendum ha-
buit. §. 20.
kk ) Denique è *Lotho* invidæ Judæis
l ) *Moabitarum* &
ll ) *Ammonitarum* catervæ prodiere, [*conf.*
*Tab.* III.] Omnes usque ad Captivi-
tatem Babylonicam Judæis & Iſräelitis
obnoxiæ fuere, deinde vero his capti-
vis collum jugo ſubtraxerunt, & tan-
dem eas iterum Maccabæorum & Ro-
manorum virtus ſuperavit. §. 21.
hh ) *Hiſtoria Litteraria* reſpondens Civili
i ) *Sacra* exhibet
k ) *latiſſimam* Eccleſiæ *faciem*
l ) *Viventibus* ſub Monarchia Perſarum
*Præfectis* Zorabele, Mordechai, Eſra, *Pro-*
*phetis*, Haggaja, Zacharia, Malachia, *ſum-*
*mis ſacerdotibus* Joſia, Eliaſibo, & aliis jam
ſupra laudatis: Nec non poſtea ſub Do-

hh,i,k,l) Ætoribus illis celeberrimis Hillel & Schamai. §. 22.

A.M.C. A.P.I.

ll) *Doctrina quoque ſalutaris* de Meſſia non ſolum explicato eſt in ſynogogis, ſcholis & Academiis Judæorum, ſed magis magisque etiam per orbem diſpergi cœpta eſt. §. 23.

kk) Deinde vero *triſtiſſima Eccleſima fata* ſubiit, quando ambitione Pontificum, bellis Regum Vicinorum, erroribus Samaritanorum, Phariſæorum, & Sadducæorum omnia inquinata ſunt. §. 24.

ii) *Reliqua tamen diſciplinæ nequaquam* a Judæis *neglecta ſunt. Jus Civile* per Synedrium Magnum, hac tempeſtate ortum, fuit cuſtoditum, & *Philoſophiam* variæ Judæorum ſectæ excoluerunt, ſic *Sadducæi* dogmatibus Epicureos, moribus Stoicos, *Phariſæi* ſententia Pythagricos & Stoicos, ſequebantur, vita vero poſteriorum cum Cleri Romani rationibus haud parum conveniebat. *Mechanica* quoque liberalitate & munificentia Herodis magni priſtino ſplendori reſtituta fuit, ita ut, non minus ac Auguſtus Romæ, gloriari potuiſſet Herodes ſe Hieroſolymam lateritiam accepiſſe & feciſſe auream vel marmoream. §. 25.

Franckesche Stiftungen zu Halle